Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31301
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Duo sunt casus
in quibus propter for-
nicacionem non separantur

Ut autem ad priora redeam-
us sciendum est quod

Duplex tamen casus est
in quo neuter alterum re-
linquere potest causa fornicacionis ut
si alter fornicetur propter defectum
alterius scilicet si vir reddere
nolit debitum uxori. Alter si for-
nicator uterque neuter alterum re-
linquere potest quia crimina criminibus
compensantur.

De eo quod puerili non
possunt contrahere.

Ut autem ad priora redeam-
us sciendum est quod cum in puerili-
bus consensus esse non possit
quia nesciunt quid faciunt
nullum inter eos est matrimo-
nium. Sustinet tamen quandoque ecclesia
coniunctionem talium propter confedera-
cionem nobilium vel propter bonum
pacis vel alia ecclesie utili-
tate cum autem ad annos discre-
cionis venerint se relinquere
possunt vel tunc consentire
si volunt. Si tamen altera persona
fuerit in annis discrecionis et
altera minoris etatis oportet
quod maior donec minor ad annos
discrecionis veniat expectet
et tunc minor si contradicere vo-
luerit bene potest. Sed si tunc minor con-
sentire velit maior nec tunc
potest nec prius potuit recedere

quia semper ligatus fuit etc.

De triplici bo-
no matrimonii

Item dicit Canon quod triplex
est bonum coniugii scilicet
fides proles et sacramentum. Fides
est ut neuter faciat alteri in-
iuriam in corpore suo. Cum autem
vetuli contrahit cum iuvencula
non est ibi [?] bonum coniugii scilicet
proles. Unde sciendum quod mat-
rimonium primo ad necessitatem fuit
institutum quia non prohibuit dominus
alium modum multiplicando
filios adopcionis. Nunc autem
matrimonium concessum est ad re-
medium sicut ait apostolus: Melius
est nubere quam uri et iterum unus-
quisque habeat suam propter forni-
cacionem. Dicitur tamen ibi esse proles
cum nullum sit impedimentum quin
sequatur si fieri potest. Sed mirum
est quo sacramentum dicitur esse
bonum coniugii cum ipsum sit sacra-
mentum cum etc. Videtur enim quod idem
sit bonum ipsius sui. Sed ad hoc
dicendum est quod ibi duplex est
sacramentum quia ipsum sacra-
mentum matrimonium est
coniunctionis Christi et ecclesie. Insepe-
rabilitas autem matrimonii ad
est sacramentum significat tamen
inseparabilitatem Christi et ecclesie

Que sunt impedimenta
matrimonii

Sunt autem impedimenta
matrimonii ordo ha-
bitus disparitas cultus error
persone error condicionis liga-
cio cognatio carnalis cognatio